

Suffraganeos; si vero Episcopalis, cuius Archiepiscopi sit suffraganea.

5. An habeat Cathedralem, et propriam residentiam, et in qua Civitate ?

6. An Episcopus habeat facultates speciales a S. Sede, et quas ?

7. An habeat redditus proprios, quot, et in quo consistunt ?

8. Enumerentur loca Dioecesis, et eorum respective distantia.

9. Quando Visitatio Dioecesis fuerit paracta ; num ad trahentes praescriptionum canonicarum ?

10. Quando Provinciales ac dioecesanae Synodi fuerint habita ?

11. An pro exercitio jurisdictionis aliqua inferatur molestia ab Episcopis finitimis ?

12. An habeat Capitulum, et ex quot Canonicis constet ?

13. An adsint Praebendae, et quae ?

14. Quale servitium praestent Canonici Cathedralis : et an etiam fuugantur munere parochi in locis Dioecesis ?

15. An resideant intra fines Parochiae ?

16. An se immisceant in regimine Ecclesiae, impedian liberaem jurisdictionem Episcopi ?

17. An habeat Seminarium et ubi : quot iuvenes ibidem alantur, et quibus studiis videntur ?

18. Num concilii Trid. regulae circa Seminaria serventur ?

19. An ibi adsint Parochi, vel tantummodo simplices Missionarii ?

20. An Parochi sint perpetui, vel ad nutum amovibles, et an Missam celebrent festis diebus pro populo ?

21. An elegantur ab Episcopo ?

22. Quot sint Parochiae : an in eis servetur Sacrosancta Eucharistia, et qua decentia ?